

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Ratio & cupiditas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A pessum penitus ierint Imperio in eos translati, quos ut omnium despiciatissimos expuebant, & omni contumeliarum genere infestabantur. Sed quanto erat ominosior *Egyptus* *Pop. Romano*, successum *Nempe Re-*
marios. tante prosperiore *Egypti* ex Romanorum adventu in regionem eam, oracula pollicebantur. Apud Memphim enim in aurea columna literis *Egypti* scriptum erat, tum demum *Egyptum* libe-
 ram fore, cum in ea venissent Romani fasces, eorumq; prætexta, quod apud Proclum Grammati-
 cum se legisse testatur Pollio: nimirum qui virtutem & rerum disciplinam admittit, vitiis liberatur.
 Sed enim Romani pace jam terra mariq; parta, molles *Egyptiorum* delicias suscepere, illi, deliciis
 amoris, pristinam Romanorum virtutem industriamque sibi mox vindicavere. Sed alio loco de fa-
 scibus dicendum erit. Quod vero facit ad rem, Adamantius ad dictum illud de Josippo, *Et totius E-*
Egypti principatus obtinet, ita philosophatur: Libidinem quippe calcavit, nequitiam evitavit, omnesq; cor-
*poris voluptates edomuit atq; frangavit. Hoc enim est totum *Egypti principatus gerere. Vide vero Chryso-**
*stom oratione quam habuit in vigilia Epiphaniae, de *Egypto* multa in hanc sententiam differen-*
 tem.

B RATIO ET CUPIDITAS.

C A P. XXII.

*E*st tale aliquid apud Platонem in Phædro, qui rationem atque cupiditatem per dexterum & si-
 nistrum bigarum Equos intelligendum proponit, improbique ac impuri ora lupatis frangenda
 ad crux ulque illis præcipit:

Donec humi sonipes temeraria crura superbis Mox facilis des lori manus pariter que feratur
Imprimat, & tellus clunibus ita tremat: Obsequio parens manus uterq; tuo.

C SUPERBIA. PERTINACIA. CESPISTATIO. INSOLENIA.

C A P. XXIII.

*N*am & in Mosaico illo quadrupede vita quatuor reprehendit Philo, quæ una cum seffore in
 mare projicienda deperdendaq; sint. Elatum in primis pedem illum, quem Superbiam illi vo-
 cavere, quam pes alter comitatur, qui secum trahit velocem ad vitæ perniciem proclivitatem, in qua *Equi Mo-*
 frequenter admodum cœpit, cernuusq; canterii more in fossam lapsabundus corruit. Ex posticis *faci vita*
 pes alter, mala perseverantia subsequenter pertinaciam ostendit: alter, perperam factorum exulta-
 tionem, quæ omnia effrānum & exultantem Platonis Equum mira similitudine describunt. Joco-
 se vero Tejas Anacreon, cum muliebrum fastum, arroganterq; animum incesseret, puellam quan-
 dam Equino comparavit pullo, in quem nemo adhuc ascensisset, atque ita assultum nullo cohibita
 frāno temere vagaretur, cuius sententia versus hi superfuere:

<i>Πῶλε Θερινή πέδη με</i>	<i>Στρέφομ' ἀμφὶ πέμπαται δέργας.</i>
<i>Λοξὸν ὄμμαστι βλέπων</i>	<i>Νῦν δὲ λεμνάδες τε βόσκει,</i>
<i>Νηλέως Φύγεις: δοκέεις δὲ</i>	<i>Καθόπα τε σκιέσθω παῖδες.</i>
<i>Μηδὲν εἰδένεις τῷ Φέν. ίδεις</i>	<i>Δεξιόν γὰρ ἵπποποτέρην</i>
<i>Τοῦ καλοῦ μὲν, ἀν τοῦ τοῦ καλινόν</i>	<i>Οὐχ ἔξεις ἐπιμεβάτην.</i>
<i>Εμβολίου νήτας ἔχων.</i>	

Quos quidem utcumque potui, candore haudquaquam pari, Latinos feci:

D <i>Pulle Treicia equid, o me</i>	<i>Mete in ambitum, atq; finem,</i>
<i>Torue luminibus petitum</i>	<i>At tu, amana prata pastie,</i>
<i>Impù fugi? videris</i>	<i>Molle sed lascivienti,</i>
<i>Nil quidem sapere: aperita</i>	<i>Non erit magister usquam</i>
<i>Pulchra eris tibi, stupatos</i>	<i>Seffor, insultare qui te</i>
<i>Illi gavero, moxque babenæ</i>	<i>In modum probe insfruat.</i>
<i>Sumpero, atque circumvertero</i>	

Ad hoc facit lepidissima Ode illa Horatiana de indomita Vitula:

<i>Nondum subâlla ferre jugum valet</i>	<i>Æquare, nec Tauri ruentis</i>	<i>Carm. lib.</i>
<i>Cervice, nondum munia compari</i>	<i>In vomerem solenre pondus.</i>	<i>22. od. 5.</i>

G a

Cirea